

www.e-rara.ch

Disputatio medica, de elementis corporis humani sensibilibus

Stupanus, Johann Niklaus

[Basel], 1587

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-13226>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

69.

DISPUTATIO MEDICA,
DE ELEMENTIS CORPORIS HUMANI
SENSIBILIBVS:

MANDANTE ET PRÆSIDENTE
CLARISS. ET DOCTISS. VIRO, D. D. IO. NICOLAO STVRANO,
amplissimi apud Basilienses Collegij Medici Decano,

Die 18. Decemb. Anni 1587.

Exercitiij gratia ξωθω suscepta:

ET
AMPLISSIMO PRVDENTISSIMOQVE VIRO,
D. HENRICO BRAVN, Reipub. Northusanz Consuli digniss. &
vigilantis. suo Domino & patrono honorando,

Observantiae & amoris ergo dedicata:

A
IOHANNE OSVALDO, NORTHVSANO.

THESIS I.

ELEMENTA sensibilia corporis humani, sunt partes ejusdem ex semine & materno sanguine, tanquam primis corporis principiis, à vi formatrice educatæ & conformatae: quæ ad sensum minimæ, simplices & similes apparent, neq; iam ulterius in alias diversæ speciei dividi possunt: è quibus primò & proximè corpus humanum componitur, quæq; actionum in corpore propria sunt instrumenta.

I I.

Et si verò hæ simplices quidem & cõpositionis expertes sensus judicio æstimentur: tamen si presens intueamur, unamquaq; harum ex aliis quibusdã substantiis esse conditam, hæ verò rursus ex primarũ simplicissimq; quatuor naturarũ concretionem, cognoscemus.

I I I.

Porro substantiæ illæ tres numerari solent, omnes in unaquaq; similari parte positæ, solida nimirum, spirituosæ & carnosæ: quæ tamè ad duas distaxat, nempe solidæ & carnosæ non in cõmodè reduci posse videntur.

I V.

Solida similariũ partiũ substantia, est primũ lineamentũ & stamen illud, quod ex puro olim semine, ad umbrationem partiũ similariũ lineamentis suis exhibere natũ processit: per quod toti parti robur inest & firmamentũ, & cui tanq; basi reliquæ substantiæ innituntur.

V.

Hanc verò ex aliis rursus constare meditamur, utpote crassamentò, (sic enim Fernelio appellare placet) humido primigenio & infuso spiritu.

V I.

Crassamentũ, est solidæ similariũ partis substantiæ pars crassior & terrena, aqueũ insuper & tenacè in se continens humorẽ, cujus intervẽtu partes ejus coheret, firmatq; id soliditate cõsistit, & quo tandè cõsumto & exco cinis solummodò aridissimus superstes manet.

V I I.

Humidũ primigeniũ, est solidæ partis similariũ substantiæ pars pinguis & oleosa, in solidiore ejus parte firmata, spiritus infusi & nativi calore perfusi proprium subjectum, in quo is fundatur & cõservatur. Atq; his tribus conjunctim calidum illud vitale nostrum, quod innatum vocant, continetur.

I I X.

Spiritus nobis insitus, est solidæ similariũ partis substantiæ pars ignea & spirituosæ, æthereæ quadã & stellarum elemento non absimili naturâ perfusa, adeoq; elaborata, ut in cælestiũ corporũ naturâ vergat: aptissima proinde nativi caloris facultatũq; animæ sedes, primũq; huius ad obeundas functiones instrumentũ, cujus etiã beneficio ea cũ corpore artissimè colligatur, unde & corporis animæq; vinculum dici meruit.

I X.

Hujus tot, quot & partes sunt, quotque in his ipsis

facultates sese exerunt, constitui possunt differentia.

X.

Idem quoq; de humido primigenio statuendum.

X I.

Carnosa partis similariũ substantia, est substantia ejus mollior, quæ ex sanguine solidis fibris affluente, iisq; coacti & spissati liquoris instar adhærescente concretæ, spacia harum vacua infarcit & explet: unde & molles partis appellari consuevit.

X I I.

Materia similariũ partiũ communis ita est. Formã verò suam unaquaq; peculiarẽ, & ad proprias obeundas functiones convenientem obtinuit: quam pleriq; cum Gal. & Avicenna eam esse volũt, quæ cuilibet parti propria ex certa elementorum mixtionem orta inest temperies. Alii contrã ab influxione quadam cœlesti, quæ in semine sit, eam partibus singulis communicari conferriq; contendunt.

X I I I.

A forma usus dependet. Hic præcipuus est, ut singulæ partes sui generis actiones obeant. Alius deinde est, ut invicem compositæ totum constituent.

I X V.

Sunt autem in universum similes corporis partes istæ: os, cartilago, vinculum, membrana, tẽdo, nervus, arteria, vena, caro & cutis.

X V.

Hæ cũ aliis, tum potissimũ ratione formæ & temperamenti inter se differunt.

X V I.

Respectu enim formæ, aliæ aliis facultatibus, formam, seu umbra corpus, consequentibus pollent, & diversis obeundis actionibus accommodatæ sunt.

X V I I.

Temperamenti verò ratione aliæ dicuntur temperatæ, aliæ aliis habentur & sunt vel calidiores, vel frigidiores, vel humidiores, vel sicciores.

I I X X.

Temperata ex omnib. sola habetur cutis, quippe quæ oĩum qualitatum mediũ occupavit: unde hujus cõparatione reliquarũ similariũ partiũ temperamẽta dimetimur.

I X X.

Caliditate verò sicut & humiditate cæteras vincit caro: cujus rursus plurimæ sunt differentia, de quibus alibi dicendi locus.

X X.

Inter eas verò quæ tam frigiditate quàm siccitate prevalere putantur, primum locum tenet os, quod proximè sequitur vinculum, huic proximus est tendo, quæ subsequitur membrana, hanc arteria, cui succedit vena, mox nervus, quibus demũ ratione frigiditatis substantia cerebri (nam humiditate præpollent) secundũ Aristot. & Avicennam à plerisque annumeratur, licet Galenus calidam esse velit.

